



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimæ, ad Dominicam SS. Trinitatis

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Quæ plura desideriiis, decæna Domini, de sanctissimo Sacramento, seu  
etiam de communione, desiderari possint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44214**

1. Cor. 10.  
Ephes. 4.

eum reverà nulla sit cuiusquam perfectio, nec ulla Dei gloria, nisi sic temperatè & conformiter ad Divinam ejus voluntatem ordinentur, quæ ponit mensuras & gradus uniuscujusque statui & perfectioni. Secundum mensuram regulæ, quæ mensus est nobis Deus. SECVNDVM operationem, in mensuram cuiusque membri.

1. Petr. 13.

Unde manifestè patet, rem ipsam, quæ postulat ut desideria ferveant, exigere etiam ut temperentur; quia ipsa est Divina voluntas in omnibus desideris proposita, & ardentè quidem desideranda ut fiat: sed temperatè simul desideranda, ut ne aliter fiat quam ipse Deus ordinet. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum, apert vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se, per Iesum Christum. Hoc est scilicet desiderium temperatè ardens, & ardentè temperatum.

III. PUNCTUM.

1. Petr. 32.

1. Petr. 4.

**A**pparet ergo evidenter, quàm necessariò duo illa, quæ videntur repugnare, sint simul coniungenda; & quàm aded non unum destruat aliud, ut potius sese murò stabiliant, & velut duo rivi ex eodè fonte scaturientes, qui simul coeant & irrigent uberius terram cordis arentem & siccantem; sicut rivi aquarum in siti, ait Propheta. Horum verò duorum defectum in nostris desideriis manifestè arguit sanctus Iacobus: *Concupiscitis & non habetis: & non habetis propter quod non postulatis. Petitis & non accipitis, eo quod malè petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis.* Quod enim ait, non postu-

lari, defectus ardoris est; quod verò addit malè peti, ut quod petitur in concupiscentiis insumatur, ardoris excessus est, & defectus temperamenti, quod Sapiens sapienter suggerit, primò inquitens, *Anima vestra sitiunt vehementer: tum subiiciens: suscipiat anima vestra disciplinam: id est addiscat & servet modum formandi sui desiderii.* Vide propterea librum tertium de Imiratione Christi capite undecimo, tricesimo octavo & tricesimo nono: ubi de his copiosè. Expende hæc inter alia; *Desideria te sæpe accendunt & vehementer impellunt, sed considera an propter honorem meum, an propter tuum commodum magis movearis.* Si ego sum in causa, bene contentus eris quomodocunque ordinaverò; si autem de proprio quasitu aliquid latet, ecce hoc est, quod te impedit & gravat. Committe mihi semper causam tuam, ego bene disponam in tempore suo. Expecta ordinationem meam, & senties inde profectum. Non est minimum in minimis seipsum relinquere. Versus profectus hominis est abnegatio sui ipsius, & homo abnegatus valde liber est & securus.

Eccles. 51.

Plura de desiderijs vide in 1. parte, Feria 5. hebdomadæ 1. Adventus. In 2. parte, tota hebdomada Ascensionis Domini, & Sabbato vigiliæ Pentecostes. In 3. parte, Feria 5. hebdomadæ 3. In 4. parte, hebdomada 26. & alibi passim.

De Cœna vero Domini, & de Sanctissimo Sacramento, seu etiam de Communione, Vide in 1. parte Dominica 4. Adventus & Sabbato hebdomadæ 3. post Epiphaniam. In 2. parte, Feria 5. Septuagesimæ, & Feria 6. hebdomadæ 4. post Pascha. In 3. parte, totis duabus primis hebdomadis: necnon Feria 5. 6. & Sabbato hebdomadæ 13.

**FERIA SEXTA.**  
**QUÆ PARASCEVE DICITVR.**  
**DE SEXTO CHRISTI VERBO.**

*Consummatum est.* Ioan. 19.  
**ET DE ABSOLUTA RENUNTIATIONE OMNIUM QUÆ SUPERSUNT**  
**IN HAC VITA, UT CONSUMMEMUR CUM CHRISTO.**

**VERITAS PRACTICA.**

**A**ut nihil hodie ages, aut sic semper ages.

**RATIO** est, quia nisi eorum omnium, quæ aguntur hodie, finem assequaris, nihil à te actum

existimari prudenter potest.

*Sed eorum finem non assequeris, nisi sic semper perseveres.*

*Ergo aut nihil hodie ages, aut sic semper ages.*

Aa 3

I. PUN-